



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

2. Quoto anno regni sui Daud Arcam in Silo transtulerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

Quomodo hæcerunt vera, si Dauidem totus Israël sibi regem anno 4. Saulis adsciuit? utroque enim Scripturæ loco iam relato, significatur 40 annos, & sex menses, non de solo loco Hebron intelligendos esse, ut uisus; sed etiam de tribu Iuda, quæ Dauidem sequebatur.

*Mendosus
aius liber.*

2. Varia habet eadem auctor de annorum Dauidis serie, quæ sententia: ea tamen non attingo, cum pleraque ad typothetæ officinam ferri possint. Duo tantum aduerto. 1. non exiguam esse differentiam inter primam & tertiam editionem Chronologiæ Caluianæ. 2. pugnantissimum, qui mutuis vulneribus in Agro robustorum ad Gabaon cecidit mortem Al. Elis de quibus 2. Reg. 2. contigisse anno 2. Dauidis, non ut uult Calu. sed absoluto, ut alij tradunt. Abulensis, Serarius, Salianus, Petanius, Paludanus.

*Initium
regni Dauid.*

3. Primordia regni Dauidis mortuo Saule cum Torniello & S. ferenda existimo ad ann. m. 2980. diluuij 1324. Cum ipsdem Vincen. rimis alijs 942. ab Exodo 437. qui mihi ante Christum est 1061. Tom. Saliano 1074. Petanius adscribit anno mundi 2829. ante Chr. 1057. i. editione anno mundi 2891. ante Chr. 1057. in tertia uero edit. ante Chr. 1058. Bucholcerus anno m. 2890. ante Chr. 1081. Sed hæc momenti non sunt.

II. REGVM. VI.

QVÆSTIO II.

Quoto anno regni sui Dauid Arcam in Sion transtulerit.

Notandū. 1. Certum est Regium Vatem post adeptum totius Israël regem Clebulæos Sionis incolas debellasse, ibique Regiam ædificasse. Tyrionum Rege ligna cedrina, & alia pleraque suppetante, gemmas bellum cum Philisthæis gessisse. priusquam Arca e Gabaa hinc colle C. rim Ierosolyma adueheretur, ut latè. 2. Reg. 5. narratur. Quo etiam 1. lud 1. Paralip. 15. ver. 1. Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & adhibuit arca Dei, tetenditq. ei tabernaculum. Nempe opere magnifico Palatium extruxit, varijs mansionibus, quasi domibus distinctum, nec ad tantum usus, sed sacros etiam accommodatum. Quæ omnia ante mortem arca gesta, cum alijs docet Abulensis in hoc caput, q. 1. Immo debellatis secundo Philisthæis, domum prius remissos fateret, quæ illium de arca reducenda à Dauide accerferentur, ut hic v. 1. infirmatus.

1. Quantum autem temporis hisce rebus perficiendis impensum sit, Testatur non constare quidem, videri tamen Dauidem pro sua in Deum religione, non diu negotium Arcæ reuocandæ distulisse; sed initio regni sui expedisse. Quod probat ex illo 1. Paral. 13. v. 3. *Reducamus, inquit Dauid, arcam Dei nostram ad nos: non enim requisuimus eam in diebus Saul.* Alias dixisset, nos non requisuimus eam in diebus nostris, nec solum Saulis, sed sua etiam tempora culpasset. Idem auctor 1. Reg. 7. q. 11. obiter ait, Dauidem eodem anno, quo incepit regnare super Israelitas adduxisse Arcam de Cariathiarim, anno nempe octauo, auctore, quam in Iuda regnum interat.

1. Optima

2. Alij tamen tardius Arcam in Sion aduectam merito affirmant. Salianus id factum constat anno regni Dauidis 10. Torniellus & Petauius vndecimo, cum arca apud Obededon trimestre hæssisset: Tempus enim biennij aut etiam triennij facile expensum est, expugnandis Iebusæis, gemino cum Philisthæis bello, & deo Arcæ præparando. Argumentum Abulensis debile coniecturam mouet. Si Saul biennium duntaxat regni gubernacula tenuisset; eius tempora ob Arcam in Gabaa relictam culpam non potuissent, quin pariter Dauidis biennium in aliquam negligentiam speciem incurreret. Cum autem Saul 18. aut 16. annos regnauerit, nec Dauid citius arcam transferre potuerit, quam cum Iebusæis & Palæstinis debellatum esset, Regia ædificata; locus Arcæ in Sion adornatus biennium aut triennium Dauidis culpa carebat; non autem 16. aut 18. anni Saulis.

2. Veriora

II. REGVM XV. v. 7.

Post quadraginta autem annos dixit Absalom ad Regem Dauid: *vadam & reddam veltamiam, qua voui Domino in Hebron.*

QVÆSTIO III.

Vnde hi 40. anni ducantur.

1. Nonnulli hic pro quadraginta, legunt sex, nonnulli, quinque, teste Francisco Luca in corre& Bibl. Sunt plures qui tantum 4. annos numerant: quãlectionem probabilem asserit Paludanus, cum Francisco Luca, Carthusiano, Hugone Card. & illos 4. annos à reditu Absalonis in Ierusalem deducunt. Adducunt aliqui Iosephum lib. 7. Antiquitatum, non quadraginta, sed quatuor legisse.

Varia lez
tiones.

2. Altera lectio communis & omnino seruanda est, quæ annos quadraginta referre sic enim habent Hebræa, Græca, Chaldæa exemplaria, & pleraque antiqua Latina, cum editione vulgata Sixti V. nec vlla sufficiens ratio apparet, cur hæc omnia mendosa esse putentur. Sic legit S. Hieronymus in Trad. Hebr. monetque cauendos esse deprauatos codices, in quibus pro quadraginta legitur,

Vera lectio

Quest. Chron. P. 2.

n

qua

p.
Philippi

ronologia
Testamenti

IV
17